


05

A

1998





D. O. M. A.
DISPUTATIO JURIDICA.
De

USUCAPIO.
NIBUS.

Quam
in

*Celeberrimâ ad Albim Academiâ
Subpatrocinio*

Dn. CHRISTIANI Krembergk.
J. U. D.

*Exercitii gratiâ ventilandam
exhibet*

PAULUS HUBNERUS
Leonens. Sil.

*Habebitur disputatio ad diem 29. Martij,
horis locog, consuetis.*

WITTEBERGÆ.
Ex Officinâ Typographicâ JOHANNIS RICHTERI.
Anno M. DC. XVII.





VIRIS

MAGNIFICIS NOBILISSIMIS
AMPLISSIMIS CONSULTIS-
SIMIS

Dn. Capitaneo, Cæterisque
florentissimæ Reipubl. VVratislaviensis
Senioribus & Senatoribus, gravissimis,
prudentissimis,

UT ET

Dn.: CHRISTOPHORO HEN-
SCHERO U. J. D. Reipub. Wratlaviensis
Protosyndico, & Ducatus ejus Pro-Cancel-
lario dignissimo, meritissimo,

*Dnn. Mecænatibus, Patronis ac Promotori-
bus ingentibus, benignissimis*

Has studiorum suorum primitias, in subjecti
gratiq; animi argumentum



05 A / 1998

O. D. C.

Paulus Hubnerus,
Respondens.



DE USUCAPIO- NIBUS.

THESIS I.



Uscapio, ab usu & capere dicta,
(a) quod per eam usu (b) seu possessione
res capiatur (c)

(a) l. 13. 29. 44. §. 7. ff. h. t. l. 1. C. de usuc. pro her. (b)
l. 19. pr. l. 23 §. 1. ff. ex quib. caus. maj. l. 33. pr. h. t. Hotom. I. eod. enunc.
2. Duar. ibid. pr. (c) l. 5. pr. ff. de damn. inf. Wesemb. in w. h. n. 2.

II.

Est adjectio (a) domini (b) per continuationem (c) possessio-
nis (d) temporis lege definiti (e)

(a) Quoniam in usucapione non statim dominium adipiscimur, sed
illud lapsu temporis accedit seu adjicitur l. 3 ff h. t. Wesemb. in w. h.
n. 4. Don. 5. comm. 5. Vult. i. f. R. 71. n. 2. Alij legunt ex Ulpiano in
frag. tit. 19. adeptio: verum utraq; lectio sustineri potest; ut sit adjectio
ratione juris gentium, quo non statim quis rei dominium adipisceba-
tur: adeptio vero respectu effectus. Adjectio ratione ejus qui amittit,
adeptio ratione ejus qui nanciscitur Vult. d. loc. Cl. Dominus Praceptor
Forst. lib. 2. tractat. Justin disp. 9. tb. 3. (b) pleni & perfecti sive absoluti
l. 3. ff. h. t. l. acquiritur 10. §. non solum 2. & §. ult. ff. de A. R. D. l. 4. in
f. C. de praescript. 30. vel 40. annor. Dominus Forster. d. disp. 9. tb. 11.
Treutl. 2. disp. 22. tb. 7. lit. b. Distinctionem n. illam vulgatam inter
dominium utile & directum non admittimus cum Donel. 9. comm. 14.
in f. Andrea Gerhardi decad. 4. q. 2. Domino Forstero d. lib. 2. disp. 6.
tb. 7. Harpr ad pr. I. de R. D. n. 41. (c) l. 3. 20. 31. §. 1. ff. h. t. §. diuti-
na I. eod. l. 2. C. de praesc. long. ut excludatur usurpatio quae usucapio-
nem discontinuat a possessione interrumpit l. 2. ff. h. t. (d) l. 10. 26. hic l.

A 2

I. C.

1. C. commun. de Usucap. sine possessione. n. non procedit l. 19. ff. ex quib. caus. maj. l. 25. hinc. Unde possessio pro Usucapione dicitur d. l. 19. & l. seq. & prouiso ipso l. 115. de V. S. Don. 5. comm. 5 (e) S. 1. I. h. t. l. 3. 25. 31. S. 1. ff. h. t. Vult. d. c. 71. unde suffragium temporis dicitur l. 24. ff. de donat. int. vir. & ux. & ibi Goibofr. lit. C. Male a. haec verba postrema Triboniano adscribunt. Icti n. veteres in triplici juris tradendi ratione versati fuerunt. Alii namq; in studio practico excelluerunt, alij jus in artem redigere studebant: alii notas conscripserunt & illustrarunt LL. 12. tabb. & Edicta Praetorum. Forster. 2. Histor. Rom. 72. & sic diversi diversis usi sunt verbis Donel. d. c. 5 Dominus Praecept. Forst. d. disp. 9. ib. 4.

III.

Causa ejus remota Lex 12. tabularum (a) est, multifariam postmodum inter polata (b) propinqua illi, à quibus res usucapienda transit, & ad quos per eam rursus transfertur.

(a) pr. b. Giphon. Schneidvv. Borcholt & alii d. pr. Unde Cic. pro Cecin. Fundus, inquit, à patre relinqui potest at usucapio, hoc est finis sollicitudinis à periculo litium, non à patre relinquitur sed à legibus. Wesemb. in tr. h. n. 9. Diss. Hotom. hinc enunc. 3. (b) variis nimirum Principum constitutionibus t. t. C. de long. temp. praescript.

IV.

In illis, ut non sint Domini, requiritur; in his ut dominium acquirere sive suo, sive alieno nomine possint. Unde infans etiam tutoris autoritate interveniente, ac si ejus aetatis sit, ut intellectum capiat sine tutore usucapere potest. (a)

(a) Usucapere potest qui & possidere Duar. hinc c. 4. Omnis namq; possessio quaritur corpore & animo l. possideri 3. S. 1. l. quemadmodum 8. l. peregrè 44. S. 1. ff. de A. R. D. Hinc a. utrumq; intervenire certum est, corpus nimirum infantis & animus tutoris l. quamvis 32. S. infans ff. de acquir. vel omitt. poss. vid. Gilken. in tr. de usucap. part. 3. c. 1. n. 7. Borcholt in Comm. de A. P. cap. 3. n. 8. & 9. Branchorst cent. 3. ἐναυτιο Φανῶν ass. 87. Harpr. ad S. novissimè 10. I. h. t. n. 4. & seqq.

V.

Furiosus, quia mentis caecitate laborat, (a) usucapionem incipere nequit, (b) jam tum captam implere non prohibetur, nec in illa auctoritas tutoris ei adjuvamentum adfert.

(a) Cic.

(a) Cic. 3. Tusc. quæst: (b) utrumq; enim & corpus & animum concurrere oportet; corpore quidem potest rem contingere, animum a. acquirendi non habet l. 1. §. furiosus ff. de acquir. vel amitt. poss. furiosi enim nullus est animus, voluntas nulla l. furiosi de R. I. l. in negotiis eod. sed absentis loco est l. ubi non voce §. fin. de R. I. & per omnia & in omnibus absentis & quiescentis loco habetur l. 2. §. pen. ff. de jure Codicil. Itemq; dormienti similis est, & ignorantis loco l. 3. ff. de divort. & repud.

VI.

Usucapioni subjacent omnes res, quarum dominium & possessio alicujus esse potest, sive mobiles sint, sive immobiles, (a) Italicae sive provinciales, (b) antiquitus observato discrimine rerum Mancipi, & nec Mancipi (c) sublato.

(a) pr. I. h. Ulp. in frag. d. t. 19. §. 7. ibiq; Cujac. l. un. C. de usucap. transform. Treutl. vol. 2. disp. 22. th. 3. (b) Olim n. usucapio in prædiis sive rebus soli tantum erat in Italia, in Provinciis non ita. Cur a. rerum soli in provinciis non esset usucapio, ratio hæc erat: quia prædia provincialia erant publica populi Romani, nimirum stipendiaria & tributa, ac proinde nec usucapione nec alio modo transferri vel alienari poterant: sed res mobiles, Italicae sive provinciales, quia privatorum erant, facile usucapiebantur. Verum hanc loci differentiam sustulit Justin. pr. I. h. & in §. traditionem I. de R. D. Anton. Matth. in not. ad d. pr. Giph. ibid. & in d. §. traditionem I. d. t.

(c) Res Mancipi vocabantur quæ ejus conditionis erant, ut perpetuo civium Romanorum subjacerent juro & dominio: Res nec Mancipi, quæ sui juris erant, & quasi in naturali laxitate & libertate remanserant, Illæ omnimodò sive soli sive mobiles; hæ non nisi mobiles usucapi poterant, Ulp. in frag. d. t. 19. vid. Cont. disp. 12. Vult. hic n. 12. Hillig. in Donello enucl. 4. comm. 19. lit. a. Sed & hæc à Justiniano sublata est differentia per l. un. C. de usucap. transform.

VII.

Ex quo apparet erroneam esse eorum opinionem, qui usucapionis significationem latam & strictam faciunt, (a) hancq; mobilibus applicant. Quemadmodum nec illis ad stipulari possumus, qui usucapioni mobiles saltem res, præscriptioni verò immobiles subjiciendas arbitrantur: (b) quin potius præscriptio (c) exceptio (d) est, ex tempore substantiam capiens.

(a) de

(a) de qua Mynsing. ad h. pr. h. n. 4. Schneid. n. 9. Kling. n. 16. (b) Usucapionem tam ad res mobiles quam immobiles referri ex multis juris nostri patet textibus l. non solum 33. §. si dominus §. si mihi l. furtum 37. ff. b. t. l. qui fundum 7. §. servus & §. qui bona ff. pro emptore. Imò refellit id perspicue l. un. C. de usucap. transform. ubi usucapio multoties rebus immobilibus accommodatur. Nullum itaq; inter res mobiles & immobiles quo ad usucapionem deprehenditur discrimen. Duar. ad h. t. c. 1. & 5. Donel. 5. comm. 4. Dominus Forster. d. disp. 9. th. 2. Arrum exerc. 6. th. 3. Anton. Matth. d. loc. (c) à præfiniendo siue præscribendo. Præscribere est ab agendo repellere Schneid. v. ad rubr. h. n. 7. unde præscriptio in genere est exceptio l. pen. & fin. C. de except. at nobis tantum exceptio ex possessione temporis lege definiti i. e. præscripti descendens. (d) l. pen. & ult. C. de except. l. 1. 1. eod. l. 3. §. 1. de prævar. quæ domini jus non quidem tribuit, sed exceptione munit possessorem, & sic non est domini, sed usus per diuturnam possessionem adquisitio. Wessemb. in w. h. n. 8.

VIII.

Sacræ ergò res, religiosæ (a) liber homo (b) & aliæ quæ commercio hominum exemptæ sunt, usucapionum etiam jus repuunt.

(a) §. aliquando I. b. l. 9. ff. eod. l. 30. §. 1. de A. P. l. 83. §. 5. de V. O. Sacra n. profana fieri non debent l. inter stipulantem 83. §. sacram 5. ff. de V. O. quæ cum nullius sint in bonis & divini juris §. nullius 7 I. de R. D. impium est illas auferri Deo & Ecclesie. Et quia harum rerum prohibetur alienatio; sic earundem quoq; usucapio. Qui n. usucapi permittit, alienare creditur l. 9. ubi Cujac. h. t. Pinel. in auth. nisi tricennale n. 28. C. de bon. mat.

(b) l. fin. C. de præscript quæ pro lib. l. 6. C. de ingen. l. 21. C. de evict. l. 9. ff. b. t.

IX.

Idem est in his rebus, quæ nominatim lege vel constitutione aliqua usucapi prohibentur; è quarum numero sunt res furtivæ, (a) in patrimonium fisci redactæ, (b) vi possessæ, (c) minorum 25. annis, (d) partus ancillæ furtivæ apud furem editus vel conceptus (e) & similes.

(a) §. furtiva I. b. l. 4. §. 6. l. 33. pr. eod. l. 7. §. 3. ff. pro emt. l. 1. C. eod. quæ ratio non est juris sed legis Atinæ. Unde in LL. XII. t. abb. dicitur: quod

Quod subreptam erit, ejus rei aeterna auctoritas esto, i. e. nullâ usus au-
toritate perimatur. Absurdum enim fieret res has contra voluntatem
domini amotas ad usucapionem proficere, vel ipsis illis, qui furtum ad-
miserunt, vel aliis ab istis causam habentibus. Et cum vitia realia ad
quosvis possessores, cum re ambulent: igitur venditor rei furtivæ, tam
propter delictum quàm propter malam fidem eam non usucapiet. Em-
tor. a. idè, quia rem reali vitio furti affectam emit. Heig. ad §. furtivæ
quod, res 2. I. h. t. n. 5.

(b) §. res fisci I. h. l. 2. C. commun. de usuc. l. 1. C. de quadr. præscr. l.
18. ff. h. t.

(c) l. 4. §. 22. & seqq. ff. h. l. 86 ff. de furt. l. fin. ff. vi bon. rapt. l. 48. ff.
de A. R. D. Usucapionem harum rerum prohibuit Lex Julia & Plau-
tia, ut sc. rapinæ & invasiones violentæ coërcerentur, Giph. ad §. fur-
tiva I. h. t.

(d) contra quos currit tantum præscriptio 30. annorum l. 3. C. de præ-
scr. 30. annor. l. 3. C. de quib. non ob long. temp. præscr. Mynsing. 3. dec.
resp. 23. n. 11. non etiam minor l. fin. C. in quib. restit. in integ. quanquã
si cum defuncto sit inchoata, currat contra minorem, licet in rebus pu-
pillaribus dormiat Treutl. d. disp. 22. tit. 3. lit. b. Vult. 1. I. R. 71. n. 53.

(e) imò etiam si prægnans subrepta apud b. f. possessorem peperere-
rit l. 45. §. 5. ff. de furt. l. 11. §. 2. & seqq. de Publ. act. l. 4. §. heres ff. h.
ibid. Cujac. Don. 5. Comm. 25. Partus verò conceptus & editus apud
b. f. possessionem furtivus non est. Treutl. d. loc. quod non obtinet in pe-
cudis furtivæ fatu; etiam si enim apud furem ejusve heredem sit conce-
ptus, tamen b. f. fit emtoris, si apud eum nascatur, non tam usucapione
quàm fructuum jure h. e. ipsa perceptione, cum fœtus sit infructu l. 4.
§. lana ff. de Usufr. l. qui scit 25. l. in pecudum ff. de usur. l. bonæ fidei ff.
de A. R. D. Gadd. ad l. 26. de V. S. n. 12.

X.

Planè si ea res cui vitium adhæret, in domini potestatem re-
versa fuerit, vitium purgatur, Usucapionique locus concedi-
tur. (a)

(a) §. aliquando I. h. t. l. 4. §. 12. l. 24. §. 1. ff. h. l. 22. l. ult. ff. pro solut. l.
84. 86. ff. de furt. Don. 5. comm. 28. Quia impedimenti causa cessante
& ipsum impedimentum cessare solet arg. l. liberorum 11. §. Pompon.
2. ff. de his qui not. infam. c. cum cessante 60. ext. de appel. In Domini

autem

autem potestatem res rediisse dicitur, cum possessionem ejus nactus est
justè, tanquam sua rei, ut auelli ei non possit l. 4. §. quod autem 4. §
seq. ff. b. t.

XI.

Fundus quoq; dotalis, (a) & res pupillares immobiles (b) usu-
capione non quæruntur, legibus earum, alienationem prohi-
bentibus.

(a) l. 4. §. l. 1 6. ff. de fund. dotal. l. 48. ff. de A. R. D. l. 3. C. de præser.
long. temp. nisi præscriptio antequam dotalis fuerit incoata sit l. 39. §.
fin. C. de jur. dot. l. 2. §. si à domino ff. pro emt. Vult. d. 1. I. R. 71. n. 54.

(b) l. 10. ubi Gotbofr. ff. quemad. serv. amit. l. 3. C. de præscript. 30.
ann. l. ult. ff. de usuc. pro emt. Contra pupillos enim nec incipit præscri-
ptio, nec contra defunctum incepta continuatur, Myns. resp. II. n. 28.
§ resp. 42. n. 30. Wesemb. in w. b. n. 10. qua finit à posteriora tempora cū
prioribus continuantur Vultej. d. loc. Treutl. d. disp. 22. th. 3. lib. g.

XII.

Natura pariter quarundam rerum accessionem non admit-
tit, quando videlicet possessio earum nulla est; unde ager à mari
vel flumine occupatus, quia à possessione ideò etiam ab usuca-
pione immunis est.

XIII.

Servitutes quoq;, quia in corporales sunt, possideri neque-
unt, (a) Et ideò propter L. Scriboniã olim usu nō capiebantur: u-
tilitatis tamen causa longo tempore & diuturno usu acquirebã-
tur. (b) Hodie longo tempore eas usucapi certum est, (c) nullo
adhibito discrimine inter continuas & discontinuas servitutes.

(a) l. sequitur 4. §. fin. §. l. si aliena 10. §. 1. ff. b. t. l. servitutes 14.
ff. de servit. l. servus 43. §. in corporales ff. de A. R. D.

(b) l. si quis diuturno 10. ff. si servit. vind. l. 2. C. de servit. §. aq. l. ult.
C. de præscript. long. temp.

(c) l. fin. C. de præscr. long. temp. l. 2. §. l. pen. C. de serv. l. 16. §. 1. C. de
usufr. l. 1. §. fin. C. de aq. plu. Rejicitur meritò distinctio in continuas
& discontinuas: Omnes n. habent causam continuam, et si exercitium
interdum intermittatur, l. 14. §. 28. ff. de S. U. P. animo tamen perpe-
tuò retinentur Wesemb. b. n. 10. Treutl. d. disp. 22. th. 2. lit. g.

XIV.

Sed gravissimè disceptatur, num etiam ad eas usucapien-
das

das titulus, de quo paulo post, requiratur? Sunt qui (a) negant, (b) nobis affirmativa verior videtur.

(a) Costal. in l. 10. Si serv. vind. Coepoll. de serv. urb. c. 20. Donell. 11. Comm. 12. Schneidov. de S. R. P. & U. S. f. n. 14. Bronchorst. cent. 1. adf. 93. & Dd. fere comm.

(b) l. 4. C. de præscript. longi temp. l. 8. in pr. C. de præscript. 30. vel 40. ann. l. 2. l. f. C. de serv. & aqua. Est namq; regula, quod ad omnem usucapionem requiratur titulus. Dd. comm. b. t. Ratio autem nulla, cur ab ea recedamus. l. nullo. C. de R. V. Duaren. 1. disp. annivers. 34. Corras. in l. 14. de serv. n. 30. & seq. Clariss. Dn. Forster. disp. 9. th. 7.

XV.

Libertas autem contra servitutem olim etiam usucapione acquiri poterat; ita tamen si in prædiis urbanis ultra negligentiam adversarii, factum aliquod ejus, qui libertatem aucupabatur, intercederet; in rusticis autem sola dominantis prædii cessatio & negligentia sufficiebat.

XVI.

Quod de servitutum præscriptione dictum est, non idem in reliquis semper incorporalibus obtinet, Juri enim luendi pignoris (a) pactoq; retrovendendi, (b) nullo unquam tempore præscribi potest, quemadmodum ita litem antiquam Constitutio Electoralis amputavit, & Camera Imperialis suo calculo probavit.

(a) quia ad præscriptionem non solum justus titulus sed & bona fides requiritur: atqui creditor neq; titulum justum ad usucapiendum habet; cum pignoris titulus non sit dominii translativus l. 14. §. 2. ff. qui satisd. cog. l. 12. pr. ff. de dist. pig. neq; ulla bona fides possidentis pignus esse potest, cum creditor se rem alienam possidere non ignoret. Sine a. possessione nulla currat præscriptio l. 2. ff. de via publ. Mynsing 1. Obs. 16. Geil. 2. Obs. Pr. 18. n. 4. Donell. 5. Comm. 5. Borch. tr. de Usur. c. 6. n. 11. Vultej. de feud. c. 9. n. 12. Bronch. cent. 4. adf. 4.

(b) Is n. qui in mala fide est constitutus nullo unquam tempore præscribit c. ult. ext. de præscript. sed emptor qui revendere promisit, semper & quancumq; est in mala fide. Sux enim promissionis & obligationis non est ignarus. Ergo præscribere non potest. Hæen. disp. 6. th. 14. Gail. 2. obs. 2. n. 4. Myns. cent. 1. obs. 16. & 6. obs. 70. n. 21. Dis. Wesemb. in w. de rescind. vend. Bronch. cent. 2. aff. 62.

XVII.

Eodem modo nec aliis rebus, quæ in merâ facultate, & libero arbitrio (a) consistunt, præscribi potest; nisi fortassis prohibitio quædam interveniat, in quâ si per legitimum tempus acquiescatur, præscriptioni fenestram aperiri placuit.

(a) l. 2. de via publ. & itin. Gail. 2. obs. 18. n. 4. Cuj. in w. C. de præscript. 30. ann. Treutl. d. disp. 22. tb. 3. lit. 1.

XVIII.

Forma porrò Usucapionis in possessione justâ, (a) eâq; continuâ (b) & tempore lege definito (c) consistit: justam autem possessionem justus titulus (d) efficit, & bona fides (e)

(a) Hæc enim illius caput & fundamentum est, adeoq; sine eâ usucapio procedere non potest l. sine possessione 25 ff. de usurp. & usucap. c. sine possessione de R. I. in 6. Cum verò duplex sit possessio, una que jure consistit, altera que corpore, prior civilis, posterior naturalis appellatur: ad usucapionem, civilem possessionem, quæ apprehenditur & possidetur, ex justâ causa acquirendi dominii ab eo, qui se dominum credit, tantum requiri dicimus l. 10. 25. ff. b. t. l. 1. S. 14. ff. de A. P. l. 1. C. commun. de Usucap. naturalem autem quæ solo corpore consistat, non sufficere, l. pen. C. de præscr. 30. ann. Heig. ad pr. l. b. t. n. 21. Harpr. ibid. n. 243. Treutl. d. disp. 22. tb. 5.

(b) S. diutina S. novissime l. b. t. l. 4. S. 15. ff. eod. l. 13. S. pen. ff. de A. P. Nunquam enim interrupta esse debet l. possessio 20. l. nunquam 31 S. l. l. non solum 33. S. qui pignori 4. ff. b.

(c) quoniam non sufficit unius vel alterius diei possessio, sed tempus requiritur lege determinatum, de quo infra.

(d) pr. l. b. Donel. 5. comm. 14. Myns. 1. dec. resp. 4. n. 22. Titulum vocamus causam possidendi justificandæq; possessionis ad transferendum dominium idoneam, quæ defenditur cujusq; possessio ab impugnatione adversarii. Heig. d. loc. n. 25. Unde quidam titulum à tuendo, quod factum auctoris sui defendat, appellatum volunt Peck. in c. in possessione 2 pr. de R. l. in 6.

(e) l. si aliena 10. l. Celsus 27. ff. de usurp. & usucap. l. qui fundum 7. S. qui bona fide ff. pro emptore l. bona fidei 48. ff. de A. R. D. sine hâc n. omnis possessio improba. Neq; n. usucapio introducta est, ut hominibus ad delinquendum ansa præberetur, illorumq; malitiis indulgeretur: sed
ne is

ne is qui ignorans, & ex bonâ fide aliena rei ex justâ causa possessionem
nactus erat, sub innocentia bonâq; fide damnum incurreret. Coras. ad l.
servitutes 14. n. 32. ff. de servit.

XIX.

Titulus causa seu color possessionis est, isq; idoneus ad trans-
ferendum dominium (a) esse debet: nec refert specialis sit, ut le-
gati, donationis, pro suo specialis, vel generalis pro suo, modò
alius specialis præcedat: putativus tamen titulus non sufficit, ni-
si à justo errore originem ducat.

(a) l. 3. ff. de Publ. act. l. 4. 8. C. de præscript. long. temp.

XX.

In emtione tamen & venditione cum non solùm traditio-
nis & solutionis, sed & contractus tempus sit spectandû, (a) sin-
gulariter receptum est, ut error usucapioni non facilè profit, (b)
sed emtionem reverâ subesse oporteat, nisi fortassis talis error
adsit, qui prudentissimum quemq; fallere potuisset.

(a) l. si existimans 3. ff. pro solut. & ibi Wesemb. in par. l. 2. pr. ff. pro
emt. l. sed etsi 7. §. ult. ff. de Publ. in rem act.

(b) quoniam qui contra juris prohibitionem mercatur, is malam fi-
dem habere præsumitur c. qui contra 82. de R. I. in 6. l. quemadmo-
dum 7. in f. C. de agricol. & censit.

XXI.

Hinc stricto jure inspecto Usucapioni non est locus, si à fu-
rioso quis emerit, quem sanæ mentis putabat. Unde nec de Evi-
ctione actio nascitur, nec Publiciana competit, nec accessio pos-
sessionis; utilitatis tamen causa, ut Usucapio procedat, nihilomi-
nus receptum est (a)

(a) Paul. in l. 2. ff. si à furioso ff. pro emtore Bronch. cent. 4. ass. 10.
Adde duaren. ad r. de Usucap. c. 2.

XXII.

Illud in dubium hîc vocari solet, an heres suus pro here-
de usucapere possit? Accurs. & pleriq; alii negant, quibus tamen
ad stipulari neutiquam possumus. (a)

(a) Generaliter namq; definitum est, eum qui testamenti factionem habet, pro herede usucapere posse l. ult. ff. pro hered. At quin sui heredes institui possint videre est ex tit. tot. I. d. ex hered. lib. Deinde titulus pro herede generalis est, & in omnibus heredibus obtinet t. t. ff. pro herede. Ergo & in suis qui domestici, sicq; veri & proprii heredes sunt & sui autem I. de hered. qual. & diff. Vid. Hæn. disp. 6. th. 5. Arum. d. exerc. 5. th. 8. Gilken. in tr. de Usucap. p. 2. memb. 1. c. 16.

XXIII.

Bonam fidem is habere dicitur, qui existimat se vel cum ipso Domino contrahere, vel ab eo rem traditam accipere, quem aut rei dominum fuisse, aut jus alienandi habuisse opinatur. (a) Ea- que in dubio semper adesse præsumitur, (b) adeò ut nec denun- ciatio (c) extra judicialis malam fidem inducat.

(a) l. si existimans 48. ff. de usurp. & usucap. l. bonæ fidei 109. ff. de V. S. l. quæcunq; 13. §. ult. ff. de Publ. in rem act. vid. Vultej. lib. un. discep. c. ult. Harpr. ad S. si quis à non domino 35. I. b. n. 48.

(b) c. fin. de præsumt. l. pen. C. de evict. Dyn. in c. qui contra de R. l. in 6. n. 5.

(c) Francisc. Balb. tr. de præscript. p. 3. sext. p. princ. n. 18. nisi in casibus à jure expressis, Innocent. c. olim causam, de cens. Balb. ibidem n. 19.

XXIV.

Dubitatio quoque Usucapionis cursum impedit, (a) quin et- iam mala fides superveniens ceptam usucapionem non inter- rumpit, (b) lure tamen Canonico, quod usu servatur, malâ fide interveniente, interruptioni locum dari, non ambigitur.

(a) Bona enim & mala fides duo sunt contraria. Dyn. d. loc. inter utramq; nec medium dari potest: sed qui dubitat in b. f. non est. Quo- viam ab eo removetur definitio b. f. quæ est illa rei alienæ scientia: Ergò in malâ fide illum esse conjicitur. Non n. credit, rem suam esse sed dubitando putat esse alienam Arum. d. exerc. 6. th. 5. Dominus Forst. d. disp. 9. th. 5. Diss. Hæn. disp. 6. th. 7. Fachin. 1. contro. 65.

(b) l. 2. pr. l. pen. ff. pro emt. l. 4. §. 16. & 18. l. 44. §. 1. 2. & 4. ff. b. t. quia possessionis causam sibi nemo mutare potest. Hinc qui habet ac- quisita per usucapionem, potest ea licitè retinere salvâ conscientia, si post præscriptionem superveniat scientia, quod ista bona erant aliena. Dominus Forst. d. loc. th. 6. Gilken. d. tr. p. 2. memb. 2. c. 8

(c) c.

(c) c. possessor d. R. I. in 6, Geil. 2. obs. 18. n. 7. Myns. 4. obs. 6. n. 4. Dd. comm.

XXV.

De eo quæri posset, num is, qui usucepit à jure suo recedere, & priori domino rem restituere teneatur, si post completam usucapionem scientia rei alienæ superveniat? Et quamvis aliqui pro affirmativâ graviter dimicant: nos tamen in negativam magis inclinamus (a)

(a) Quia qui præscripsit bonâ fide, jam dominium acquisivit rei alienæ; consequenter eam alteri restituere non tenetur. Quia non alterius, sed ejus qui præscripsit, est. Imò justè possidet qui legis auctoritate possidet l. justè 11 ff. de A. P. nec peccat qui legis auctoritate peccat l. Grachus C. ad l. Iul. de adult. Bronch. cent. 4. ass. 7. Hæn. d. disp. 6. tb. 1. 1. Arum. exerc. 6. tb. 7. Heig. ad S. pen. I. b. inf.

XXVI.

Tempus quod in Usucapione requiritur ex l. XII. tabb. in mobilibus annus in immobilibus biennium fuit (a) Hodie autem in rebus mobilibus trienniū est, in immobilibus inter præsentem & judicem eundem recognocentes decennium, inter absentes & in diversis territoriis habitantes vicennium, illudque continuum: cujus ratio ita initur, ut non à momento ad momentum, sed totus postremus dies computetur. (b)

(a) l. un. C. de usucap. transfor. l. fin. C. de præscript. long. pr. I. b. t. Præsentem a. jus Civile ex eadem provinciâ estimat non eadem Civitate Connan. 3. comm. 14. n. 9. Cæterum hodie haut in commodè turbatis provinciarum limitibus præsentem dicuntur illi, qui sub eadem sunt juris dictione Foman. disp. 12. tb. 7. lit. b. absentes, qui in confinio duarum provinciarum seu præfecturarum degunt. Obrecht. disp. 26. tb. 270.

(b) l. pen. ff. de div. temp. præscr. Treutl. d. disp. 22. tb. 4. lit. b. Bronch. cent. 4. ass. 8.

XXVII.

His accedit præscriptio 30. annorum, (a) jure ∞ . incognita & ab Impp. primùm introducta, quemadmodum etiam quadragenalis, (b) centenalis (c) & Immemorialis, nec tamen aliquas breviori spatio concludi negamus.

(a) quæ longissimi temporis dicitur, qua præscribuntur res immo-

B 3

biles

biles & actiones personales l. 3. §. 4. C. de presc. 30. ann. l. 5. C. quib. non ob long. temp. prescrib. l. 1. §. ad hac C. de ann. Except.

(b) quæ Ecclesiastica; quia res temporales Ecclesie & similes prescribitur, auth. quas actiones C. de SS. Eccles. quod itidem ad pias causas haut incommode extendi poterit. Tiraq. in tr. de priv. pia cause, priv. 139. Treutl. d. disp. 22. th. 4. lit. m.

(c) quæ prescribuntur res Ecclesie Rom. l. 23. C. de SS. Eccles. nov. 9. c. cum nobis de prescrip. Civitatum l. ult. C. d. tit. Principum, & in redemptionem captivorum relicta.

XXVIII.

Jus Saxonicum duplicem duntaxat agnoscit prescriptionem; annalem quæ res mobiles spatio unius anni, & sex septimanarum; & tricennalem cum anno & die, quæ immobilia & jura incorporalia prescribuntur: quæ tamen prescriptio contra Ecclesias Xenodochia & alia pia loca non currit, nec in actionibus arctiori tempore circumscriptis obtinet.

XXIX.

Finis Usucapionis Bonum publicum est, ne scilicet quarundam rerum diu & ferè semper incerta essent dominia, sed ut litium aliquando finis constitueretur. (a)

(a) l. 1. ff. h. t. l. fin. ff. pro suo Don. 5. com. 30. Unde licet damnum privatis quidusdam negligentibus oriatur, commodum tamen ad plures redit, & tranquillitati Reip. consulitur, cui privata utilitas cedere merito debet l. 1. ff. solut. matrim. l. un. §. fin. C. de caduc. tollend. eoq; naturali equitati nõ repugnat. Sufficit igitur Domino ad res suas inquirendas tempus lege definitum, l. 1. ff. h. t. Casu n. quo hoc facere negligit, eas abjecisse, & pro derelicto habuisse, imò alienasse censetur l. alienationis verbum 28. ff. de V. S. ubi Dd. comm.

XXX.

Legitimè verò impleta Usucapio actionem & exceptionem, usucapienti parit, solidumque jus & plenum ac perfectum dominium possessori adjicit, adeoq; frustra de utili & directo dominio disceptatio instituitur. de quo supra.

XXXI.

XXXI.

Contraria ei est interruptio, (a) quæ vel naturaliter (b) contingit, ut quando res mobilis alicui eripitur, seu immobilis occupatur: vel Civiliter, (c) veluti per citationem, & litis contestationem, nec non denunciationem extra judicialem, testatò tamé factam.

(a) Quando nimirum capta usucapio retro trahitur, & quasi in nihilum redigitur; & dicitur in jure nostro modò usurpatio l. 2. §. ff. h. t. modò interpellatiol. 1. C. de præsc. long. temp. modò temporis interruptio l. 2. & 3. C. de ann. except. Trentl. d. disp. 22. th. 7. lit. f.

(b) Wesemb. in w. b. n. 15. l. naturaliter §. ff. eod. l. 3. §. Nerva 13. §. Labeo. 17. & §. si rem 18. l. rem qua 15. & l. qui universas 30. §. item quod §. ff. de A. P.

(c) l. nemo 10. C. de A. & R. P. Wesemb. d. loc. Hunn. disp. 6. th. 8.

XXXII.

Quandoq; etiam dormit seu cessat præscriptio, quod fit propter ætatem pupillarem, hostilitatem, pestem: quemadmodum si agendi facultas impediatur, ipsa simul præscriptio impediri solet.

XXXIII.

Usucapionem impletam restitutio in integrum impetrata planè resolvit, eaque non tantum à minore sed etiam à majore petita, dummodò justa causa impetrandi subsit. (a)

(a) l. un. & ibi gl. C. si advers. usucap. l. 1. §. ult. ff. ex quib. caus. maj. que restitutio adversus præscriptionem intra quadriennium competit, idque non à complete præscriptionis tempore, sed à primo die computandum erit l. ult. C. de temp. in integr. restit. Trentacing. 2. variar. resol. de restit. in integ. resol. 4. n. 17. & seqq.

XXXIV.

Hinc quæsitum est, num ignorantia ejus, contra quem præscriptum est, restitutionem mereatur? Nobis negativa, (a) quam in hâc provinciâ Constitutio Electoralis quoq; approbavit, veterior videtur.

(a) Si

(a) Si enim propter ignorantiam restitutioni in integrum esset locus, nunquam vel certè rarissimè præscriptio effectum sortiretur: nemo enim rerum suarum adeò prodigus censetur, ut sciens ab alio usucapi patiatur. Et non est damnum, quod quis suâ culpâ sentit l. quod quis 203. ff. de R. I. c. damnū de R. I. in 6. sibi met n. imputet, quod majori diligentia, rerū suarū curam non suscepit. Vid. Arum. disp. 6. th. 10. Dominum Forster. disp. 9. th. 10. Wesemb. in τ. ex quib. caus. maj. Elect. Constitut. p. 2. Constit. 9. & ibi Moller. Diss. Geil. obs. 19. & obs. 105. Trentacinq. d. lib. 2. resol. 1. n. 2.

XXXIV.

Illud postremò addendum, pacto quoque & contrahentium conventionione fieri posse, ne usucapio currat & perficiatur, adeoque magis ne vires suas exferat, & in effectum, perducat. (a)

(a) Vid. Wesemb. in τ. h. n. 14.

FINIS.




05 A 1998

ULB Halle
003 785 67X

3





79

D. O. M. A.
DISPUTATIO JURIDICA.
De

USUCAPIO, NIBUS.

*Quam
in*

*Celeberrimâ ad Albim Academiâ
Subpatrocinio*

DN. CHRISTIANI KREMBERGÆ.

J. U. D.

*Exercitii gratiâ ventilandam
exhibet*

**PAULUS HUBNERUS
Leonens. Sil.**

*Habebitur disputatio ad diem 29. Martij,
horis locog, consuetis.*

WITTEBERGÆ.
Ex Officinâ Typographicâ JOHANNIS RICHTERI.
Anno M. DC. XVII.

